



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi; Et In Conimbricensi Academia
Sacrarvm Litterarvm Olim Primarii Professoris Emeriti De
Divina Gratia Pars ...**

Continens Libros III. IV. Et V. De Avxiliis Gratiae In Generali, De Avxilio
Svfficiente, Et De Avxilio efficaci Gratiae Dei

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1652

XX. Quid sint gratia operans, & cooperans & quomodo ad excitantem, &
adiuuantem comperantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94118)

potentia habitu ipso simul corripiente, ut est communiter receptum. Et in hoc genere causalitatis receptivæ actus vitalis maxime fundantur discursus D. Thom. & Theolog. ad probandum, nec hominē posse intelligere per intellectum, qui sit substantia separata, nec Christi animā potuisse amare per voluntatem increatam; loquuntur enim de intellectu possibili, ut possibilis est, & de voluntate ut informari potest amore, ita enim per illā animā vel homo in ratione amantis constituitur. Nam reuera multo maior repugnatio est quod actus vitalis in extrinseca substantia, vel potentia recipiatur, & nihilominus constituat hominem intelligentem, vel amantem, quam in hoc, quod idē actus ab extrinseco principio infusus, & in potentia animæ receptus, hominē tali animā informatum intelligentē, vel amantem constituat. Vnde non desunt Theologi, & antiqui, & moderni, qui hoc posterius dixerint esse possibile, cum tamen in primo, tam Averrois phantasia, quam hæreticorum amentia omnibus incredibilis visa fuerit. Et licet probabilis sit, etiā illud prius repugnare de totali principio productivo talis actus, non tamen de partiali principio, seu adiuante potentiam per se ipsam intrinsecē in fluentē, ut sæpe dixi: nam in hoc etiā non æquiparantur duæ illæ motiones potentia vitalis, scilicet activa, & passiva, ut etiam declaravi.

Et per hæc resoluendum est ad secundam confirmationem, negamus enim posse sequi Deum solum sine influxu voluntatis, efficere in illa actum, quo ipsa amet, quia per hoc excluderetur intrinsecus influxus ipsius potentia, quod repugnat actui vitali, præsertim habenti suum effectum formale in tali potentia. Hoc autem non sequitur ex eo, quod Deus per se ipsum adiuuet potentia simul influentem, & suo auxilio eleuantem illam, ut ille influxus tali actui proportionatus sit, ut ex dictis satis patet. Tertia confirmatio in primis assumit falsum, quia generalis concursus Dei, per se ac præcisē spectatus, non est influxus in causam, sed in effectum, & productionem eius, ut inferius dicam. Deinde nihil ad propositum refert, quia non tractamus de Deo, ut concurrente per modum primæ causæ, sed ut adiuante per modum causæ proxime, suppleendo penuriam habitus, & quoad hoc dicimus non oportere, ut id faciat media qualitate, vel motione prius indita ipsi potentia, sed per influxum immediatum in ipsum actum, quidquid sit de modo quo generalem concursum præstet.

Ad argumenta secundo loco proposita respondemus Concilium Tridentinum quoties loquitur de gratia qua Deus tangit cor, & præmouet illud, ac præparat, ut consentiendo se disponat ad iustitiā, explicare id per verba vocationis, illuminationis, & inspirationis, quæ omnia gratiam excitantiē significant. Præter hanc ergo nullam aliam inhærentē potentia, & præuiam ad conuersionem, seu liberā dispositionem ad iustitiā, à Concilio Tridentino traditam, vel insinuatam inuenimus. Cum autem gratia excitanti adiungit adiuuantem, nunquā dicendam esse præuiam, nec per illam tangere Deum cor, sed potius sentiri esse cooperantem nobiscum, eum dicit nos cooperari cum illa. Quid autē sit ista gratia adiuuans, non declarat, tum quia multiplex esse potest, tum etiam, quia de hoc est varietas opinionum inter Theologos, quam dirimere non erat ad doctrinam fidei necessarium. Et ideo solum est, certum influxum gratia adiuuantis, esse quid creatum, & in nobis receptum, & gratiam ipsam excitantem suo morali modo adiuuare, quando homo actu consentit. De principio autem physice adiuuante solum habemus esse creatum, & inhærens, quando per habitum datur: ante infusionem autem habitus solum legimus ipsummet Spiritū sanctum mouere, & adiuuare volūtatē. Vnde ad alia omnia testimonia, quæ ibi adducuntur, respondemus Spiritum sanctum eo ipso, quod incipit supernaturaliter excitare hominem, incipere esse in homine nouo modo, non ut habitatorē sed ut motorem, qui excitat hominem, & ad illum iuuandū præstō adest, & hac ratione dicitur aliquo modo tunc dari, & infundi, & incipere hominem sanare, & similia, quæ iuxta nostram sententiam facillimum, & propriissimum sensum habent.

Ex dictis autem inferri videtur, ipsum Deum, seu Spiritum sanctum posse esse, & appellari gratiā adiuuantem, quod aliquibus videtur magnum inconueniens, quia August. de prædestinat. Sanct. c. 10. dicit gratiam adiuuantem esse effectum prædestinationis: sed hoc parui momenti est, quia, ut diximus in secundo Prolegomeno, dari potest aliqua gratia increata, & Spirit. sanctus appellatur donum quod iustis gratis datur, & nomen illud ex tempore illi conuenit, licet ipse æternus sit, quatenus non ab æterno, sed in tempore nobis datur; ergo simili modo poterit appellari gratia, & quatenus adiutor noster est, poterit appellari gratia adiuuans, quæ dominatio ex tempore illi conuenire potest, quia sumitur ab actuali influxu gratia adiuuantis, qui creatus est, & in tempore in nobis fit. Iuxta autem communem usum vocis, gratia adiuuans proprie dicitur ipse influxus in hominē receptus: Deus autem melius adiutor, seu principium adiuuans nominatur. Denique ad vltimam rationem, iam responsum est ad efficiendos hos actus connaturali modo, infundere Deum nobis intrinseca, & inhærentia principia illorum, quæ tantum sunt habitus, præter quos alia principia intrinseca, & connaturalia, vel esse non possunt, vel certe non sunt nobis reuelata, nec secundum rectam rationem necessaria, & ideo ipsius Dei influxum in hoc modo operandi & sufficientem, & magis accommodatum esse censemus.

13.
Quid sit gratia adiuuans.
Augustin.

CAPVT XX.

Quid sint gratia operans, & cooperans, & quomodo ad excitantem, & adiuuantem comparentur.

PRIUSquam de concursu generali gratia dicamus, oportet alias diuisiones auxiliorum gratia, quæ cum præcedenti in re ipsa coincidunt, explicare, ut sic distinctius procedamus, & circa concursum possimus latius immorari. Diuiditur ergo vltimū gratiæ auxilium in operans, & cooperans, circa quam diuisionem omisissis pro nunc Scholasticorum opinionibus, ad rem, & in se, & iuxta Augustini mentem explicandam, tria breuiter dicenda videntur. Primum est gratiam conuenienter diuidi in operantem, & cooperantem hæc sententia, & assertio certa esse debet. Primum, quia licet sub his cooperantibus formalibus terminis, neque in Conciliis, neque in Scriptura reperiantur, tamen ex his fontibus illam hauserunt communiter Theologi, D. Thom. 1. 2. quæst. 11. art. 2. & ibi Corrad. Caietanus, & alij expostores, Alen. 3. p. quæst. 69. num. 3. art. Scholastici communiter in 2. d. 26. vbi Bonauent. q. 6. Albert. art. 6. Durandus q. 3. Gabr. q. vnic. art. 1. notabili, & Marfil. in 2. q. 17. Antonin. 4. p. tit. 19. cap. 5. de nat. ur. & grat. cap. 16. Ruardus art. 7. contra Luther. & Drid. lib. 2. de Grat. & lib. arbit. tract. 1. cap. & Bellarm. lib. 1. de grat. & lib. arbit. cap. 14. Staplet. lib. 4. de grat. & lib. arbit. cap. 7. Vega lib. 6. in Trid. cap. 5. ad 6. & inuenitur etiam in Prospero epistola ad Augustinum, vbi operantem.

D. Thom.
Corrad.
Caietan.
Alen.
Bonau.
Antonin.
Ruard.
Drid.
Bellarm.
Staplet.
Vega.

tem gratiam vocat præoperantem, vt antecessio-
nem eius ad consensum liberi arbitrij indicet, vt
mox videbimus.

Secundo sumpta est hæc diuisio ex Augustino
lib. de grat. & lib. arb. cap. 17. vbi inter alia multa di-
cit, *Deus cooperando perficit, quod operando incipit*, & in
verbis operandi, & cooperandi, satis indicat gratiam
operantem, & cooperantem, quas magis expli-
cans addit, *vt velimus sine nobis operatur, cum autem vo-
lumus, & sic volumus, vt faciamus, nobiscum cooperatur*.
Ipse autem Augustinus doctrinam illam sumptis
ex Paulo ad Philip. 2. dicente, *Deus est qui operatur in
nobis, velle, & perficere*. nam operari velle, dicit per-
tinere ad gratiam operantem: perficere autem
ad cooperationem. Et alijs locis significat Paulus
vtramque gratiam: nam cum ad Rom. 9. dicit, *non
est volentis, nec currentis, sed Dei miserentis*, operan-
tem gratiam significat, vt sentit Aug. in Enchirid.
cap. 22. & ad eandem pertinet quod 2. Corinth. 3.
dicit, *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, qua-
si ex nobis*: nam cogitatio sancta, & iuxta doctrinam
Augustini, ad operantem gratiam pertinet. Illud
verò 1. ad Corinth. 15. non ergo, sed gratia Dei mecum,
spectat apertè ad cooperantem. Vnde dixit August.
serm. 13. de verb. Apost. cap. 11. *si non esses operator, non
esset ille cooperator*. vnde Prosper in epist. ad Augusti-
num inter alia postulat ab eo explicari, *quomodo
per istam præoperantem & cooperantem gratiam, liberum
non impediatur arbitrium*: vbi operantem gratiam vo-
cat præoperantem, non quia diuersa sit, sed vt di-
cit, præcedere ad nostram cooperationem; coope-
rantem verò esse simultaneam. Atque etiam dixit
Bern. lib. de grat. & lib. arbit. in principio. *Gratia
operanti salutem cooperari dicitur liberum arbitrium dum
consentit*. Et Anselmus in eundem locum 1. ad Cor-
inth. 15. cum Gregorio lib. 16. Moralium cap. 11.
Superna (inquit) pietas prius agit aliquid in nobis, vt sub-
sequente quoque nostro libero arbitrio bonum quod iam appe-
timus, agat nobiscum.

Tertio idem sumitur ex Concilio Arausicano 6.
4. & 9. dicit enim multa bona operari Deum in no-
bis, & alia operari nobiscum: nam primum officiū
est gratiæ operantis, secundum cooperantis. Con-
cilium etiam Tridentin. hoc indicat cap. 7. & can.
4. nam cum ait nos cooperari gratiæ Dei, clarè di-
cit gratiam operari nobiscum. Et in eodem sensu
dixit Ambrosius lib. 2. in Lucam gratiam Dei stu-
dijs cooperari humanis, operante autem gratiam
declarauit Concilium quando dixit Deum incipe-
re vocando, & tangendo cor. At denique vtramque
attigit Cælestinus Papa Epist. ad Gall. cap. 12. di-
cens, *agi Deum in nobis, vt quod vult, & velimus, &
agamus, nec esse otiosa in nobis patitur, quæ ex cæca non ne-
gligenda donauit, vt & nos cooperatores simus gratiæ Dei*. Ex
quibus duobus, primum ad operantem, secun-
dum ad cooperantem gratiam pertinet. Vltimò
declarari hoc potest ratione, quia, vt supra dixi-
mus, Deus incipit in nobis operari illuminando,
& inclinando voluntatem, vt velit, quam gratiam
operatur in nobis sine nobis: ad actus autem libe-
ros aliter nobiscum operatur. Sed hæc duo genera
gratiarum per illa verba declarantur, ergo meritò
data est illa diuisio, & hæc ratio magis ex sequenti-
bus declarabitur.

Secundo dicendum est diuisionem hanc quoad
rem ipsam coincidere cum præcedente, ita vt gra-
tia operans, eadem sit, quæ excitans, & cooperans
eadem quæ adiuuans, solumque differant ratione,
sed potius in vocatione etymologia. In hac assertionē
loquor secundum mentem Augustini, nam de sen-
tentijs Scholasticorum paulo inferius dicam. Hanc
ergo fuisse Augustini mentem ostendo, primò ex
lib. 2. de grat. & lib. arb. cap. 17. vbi inter alia di-
cit, *spe vt velimus operatur incipiens qui volentibus coope-*

natur perficiens. Hæc autem duo muhia in locis supra
allegatis tribuit Augustinus excitanti, & adiuuanti
gratiæ. ergo sunt eadem auxilia diuersis vocibus
declarata. Idque magis declarauit in lib. 2. de pec-
cator. merit. cap. 18. vbi docet, ideo dictum esse à
Paulo, *Deum operari in nobis velle, & perficere*, quia sine
illa excitante & adiuuante nihil possumus. In alijs
autem locis, vt vidimus, ex illa sententia Pauli col-
ligit operantem, & cooperantem gratiam, ergo
has non distinguit ab excitante, & adiuuante. Et
idem argumentum fimitur ex Enchirid. cap. 32.
dum ait Deum operari voluntatem bonam in no-
bis, quia voluntatem præparat adiuuandam, & ad-
iuuat præparatam. Præterea frequentissimè Augusti-
nus tribuit vocationi quod per illam operatur
Deus in nobis vt velimus, & quod facit, vt facia-
mus. Et hoc ipsum tribuit gratiæ operanti: at vero
vocat gratia excitans est, vt constat ex Concil.
Tridentin. ergo gratia excitans est operans, ac sub-
inde adiuuans, est cooperans. De antecessenti vide-
ri potest latè Augustinus q. 2. ad Simplician. de de-
spir. & liter. cap. trigesimo quarto & lib. secundo
de peccat. merit. cap. 17. & de prædest. sanctor.
cap. 19 & 2. Retract. cap. 1. & epist. 107. Hic ac-
cedit elegans Bernardi sententia mirum in mo-
dum rem hanc declarans, libro de Gratia & libero
arbit. sub finem. Cum enim dixisset omnia interi-
ora bona, quæ in nobis sunt, soli gratiæ esse tri-
buenda, subiungit. *Ipsa liberum excitat arbitrium dum
semita cogitatum, sanat cum immutat affectum roborat,
vt perducit ad actum, seruat ne sentiat defectum, sic autem
ista cum libero arbitrio operatur, vt tantum illud in primo
preueniat, in cæteris comitetur*. Ad hoc vtique præueniens, vt
iam sibi deinceps cooperetur. Itaque, quod à sola gratia cap-
tum est, parit & ab vtroque perficitur, vt mixtum non sigla-
tum, simul non viciisim per singulos perfectus operetur. de
quo testimonio plura in cap. 22. dicemus.

Confirmari præterea potest assertio, & deduci
ex Con. Trid. isto modo: nam Concilium iustici-
enter nos docuit auxilia gratiæ ad salutem necessa-
ria: at vero ad actus, ad salutem & iustitiam neces-
sarios non requirit alias gratias præter excitantem
& adiuuantem, ergo sub illis comprehendit ope-
rantem, & cooperantem. Deinde idem Concilium
expressè dixit, nos cooperari adiuuanti gratiæ,
vnde tacitè significat ipsam adiuuantem gratiam
cooperari nobiscum, ac subinde esse cooperantem.
De gratia verò excitante dicit fieri ab spiritu sancto
in nobis per illam inchoante nostram salutem,
quod pertinet ad gratiam operantem; ergo planè
sentit has gratias esse easdem.

Declaratur tandem ratione, quia voluntas no-
stra, vt supernaturaliter operetur, non indiget nisi
vt prius à Deo præparetur, & postea iuuetur:
ergo tantum indiget duabus gratiis actualibus,
quæ illa duo munera præstant, et si varijs nomi-
bus appellantur. Deinde gratia operans voca-
tur, quam Deus solus in nobis facit, id est, sine
efficientia nostra libera, cooperans verò dicitur
gratia, quam Deus facit nobiscum, vt patet ex
Augustino citatis locis, & inter sententias eius po-
nitur 22. quæ habetur etiam in Arausicano can. 9.
Sed illæmet proprietates conueniunt gratiæ exci-
tanti, & adiuuanti, vt ex supra dictis constat, ergo.
Denique Deus non dicitur operari in nobis, nisi in-
spirando, illuminando, & mentem bonis affectibus
imbuendo, vt dixit Prosper lib. 2. de vocat. gent.
cap. 9. alias 26. sed per eosdem motus gratiæ excitat
mentem nostram. Ergo non distinguuntur in re
prædictæ gratiæ.

Ratio verò omnium reddi potest ex D. Thom.
12. q. 111. art. 2. dicente, motum qui est in mobi-
li, tribui mouenti, nostram autem mentem ad
Deum, vt ad mouentem cooperari, & ideo quan-
do meas

2.
Ex Augu-
stino.

Prosper.

Bernard.

Anselmus.
Gregor.

3.
Ex Concil.
Arausic.

Trident.

Ambros.

Cælestinus.

4.
Hæc diuisio
coincide
cum alia in
excitantem
& adiuuan-
tem. Pro-
bat ex
August.

do mens nostra est mota, & non mouens, vtique libere, solus autem Deus est mouens, operatio Deo tribuitur, & secundum hoc dicitur gratia operans; in illo autem effectu, in quo mens nostra & mouet, & mouetur, operatio non solum tribuitur Deo, sed etiam animae, & secundum hoc dicitur gratia cooperans. Atque ita gratia dici potest cooperans, vel respectu causae suae, quia à solo operante est, quod est satis consentaneum modo loquendi Augustini; vel dici potest operans respectu effectus per illam intenti, qui est liberum velle hominis: nam Deus per illam operatur, vt velimus. Excitans autem nominatur, vel ab effectu quasi formali, quem in nobis habet, vel per illam vocem explicatur modus, quo per talem gratiam Deus operatur, vt velimus, scilicet excitando mentem, & moraliter illam inducendo. Voces autem adiuuantis, & cooperantis gratiae, satis inter se similes sunt, tamen per vnā declarationem necessitas, indigentia talis gratiae ex parte hominis, nimirum infirmitas, quae iuuanda est, per alteram verò declaratur necessitas humanae cooperationis, sine qua illa gratia non operatur.

Tertio dicendum est operantem, & cooperantem gratiam, quoad necessitatem, distinctionem, & unitatem inter se, & ad actus humanos supernaturales conferri, sicut excitans, & adiuuans ad eodem actus, & inter se comparantur. Haec assertio sequitur euidenter ex dictis, quia si gratia operans est eadem quae excitans, non potest plus, vel minus distinguui, quia etiam adiuuans, & cooperans, non distinguuntur inter se. Et eadem ratione non possunt esse minus necessariae gratia operans, & cooperans ad pietatis opera, quam gratia excitans, & adiuuans, eo quod inter se non distinguuntur. Vnde sicut supra diximus, excitantem gratiam ad opera pietatis requiri, vt dicendum est de gratia operante, quod etiam de cooperante per se euidens est. Et manifestè vtrumque probatur ex testimoniis Augustini proximè allegatis, praesertim lib. de Grat. & lib. arb. cap. 16. & 17. & ex lib. de dono persever. cap. 13. vbi ait, Nos volumus, sed Deus in nobis operatur & velle: nos operamur, sed Deus in nobis operatur etiam operari pro bonā voluntate. Haec namque locutiones indefinitae limitari à nobis non possunt, & ideo vniuersalibus aequivalent. quod clariùs expressit Concilium Arausicanum, cap. 9. dicens: Quoties bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum vt operemur, & operatur.

eius fauorem induci Augustinus lib. 2. de peccator. merit. cap. 19. quatenus ait, nisi adiuuante gratia superetur ad iustitiam, nemo conuertitur: nisi operante gratia sanetur, iustitia pace nemo fruitur. Sanitas enim animae confertur per habituales gratias, & tamen ait Augustinus per operantem gratiam fieri. Haec autem obiectio locum non habet, si cum aliquibus modernis diceremus, habitus gratiae operatiuos esse gratiam excitantem, quatenus ad gratiam inclinant. Ille autem modus loquendi nobis in superioribus probatus non est, quia neque est consentaneus doctrinae Augustini, & Concilium de gratia excitante, nec inclinatio habitus est vera excitatio vitalis, quae est proprius formalis effectus gratiae excitantis.

Respondeo igitur (licet fortè sit quaestio de modo loquendi) iuxta sensum Augustini habituales gratias non esse operantes: nunquam enim Augustinus loquutus est de gratia habituali, quando dixit Deum in nobis sine nobis operari, vt velimus, sed de actuali gratia excitante, & vocante, vt alij graues Theologi moderni adnotarunt, Bellarmin. lib. 1. de grat. & lib. arbitri. cap. 14. §. haec doctrina. Vasquez; Valentina, & alij: loquuntur enim Augustinus in illis locis de initio salutis contra Semipelagianos, quod non sumitur à gratia habituali, quam illi fortè non negabant, sed à vocatione, inspiratione, & illuminatione, vt Concil. Trident. dixit. Item prima gratia operans nullo modo est à nobis liberè, nec dispositiue, nec imperatiue secundum Augustinum, qui ita loquitur de initio salutis: at prima gratia sanctificationis pendet aliquo modo à nobis, saltem dispositiue, imò & aliquo modo meritoriè per fidem, & poenitentiam, maxime iuxta modum loquendi Augustini in epist. 105. & 107. In verbis autem allegatis Augustinus per sanantem gratiam non intelligit solam habituales, sed auxilium cuiuscumque gratiae sanctificantis, quia licet non conferat animae formalem sanitatem, à culpa, inchoat sanitatem dando vires, quibus anima in Deum conuertatur.

Ad obiectionem ergo respondeo etiam D. Thomam reliquosque Theologos citatos praecipue declarare illam diuisionem de gratia actuali, voluntatem tamen, & commodè potuisse illas voces accommodare ad gratiam habituales secundum diuersas rationes spectatam, de quo vsu (vt dixi) concedendum non est, tum quia pertinet ad significationem, & impositionem vocum, tum etiam, quia omnis causalitas in quocumque genere vocari solet operatio, & ita habitus gratiae, quatenus cum potentia operatur, optimè dicitur cooperans, sicut etiam dicitur adiuuans: vt verò informat animam, & illam formaliter sanctificat, vel bene disponit, potest dici operans, quamuis minus propriè, & non sine metaphora, quae etiam alij vtuntur ad vocandum habitum gratiae excitantem gratiam, quatenus inclinatur, quod, vt dixi, minus vtitum, magisque improprium, ac metaphorice est.

Secunda difficultas est, quia ex declaratione à nobis data sequitur, primum actum, quo voluntas incipit velle bonum, & odisse malum, vel quo voluntas peccatoris incipit liberè conuertere in primum actum Deum, esse à gratia cooperante consequens est falsum, ergo. Sequela nota est. Minor autem constat ex D. Thoma dicto art. 2. vbi dicit primum actum te quod falsum est, internum voluntatis, quo diligimus Deum super omnia, vel intendimus supernaturalem finem, esse tantum à gratia operante, actum verò externum esse à gratia cooperante. Intelligere autem videtur per actum externum non solum externam motionem membrorum (quia illa secundum se non

CAPITULUM XXI.

Obiectionibus occurrunt, & varia sententia de operante, & cooperante gratia attinguntur.

Circa doctrinam superioris capituli nonnullae difficultates occurrunt, ex quibus variae opinioniones Theologorum ortae sunt, quas in hoc capite expedire necessarium est. Prima est, quia non solum actualis gratia dicitur operans, & cooperans, sed etiam gratia habitualis: at verò habitualis gratia non potest dici excitans, vel adiuuans, ergo signum est hanc secundam diuisionem esse distinctam à prima, & plura comprehendere. Maior propositio est D. Thomae dicta quaest. 111. artic. 2. vbi dicit gratiam habituales, quatenus formaliter sanctificat, esse gratiam operantem, quod sequuntur aliqui auctores ex allegatis in principio capituli praecedentis: potestque in

Prima obiectione. Gratia habitualis dicitur operans & cooperans.

2. Explicatur ille loquendi modus.

Bellarmin. Vasq. Valent.

3. Satisfit obiectioni.

4. Obiectio. esse a gratia cooperante.

D. Thom.

K 3 6A